

serendo videlicet de^{w)} natura divina^{x)}, de angelica creatura, de materia informi^{y)}, de fabrica mundi ac iuxta seriem operum^{z)} sex dierum^{z)} de proprietatibus naturalibus^{aa)} singularum per ordinem rerum. Atque^{bb.cc.dd)} in secunda et tertia parte de hominis^{dd)} lapsi reparatione, hoc^{ee)} este^{ee)} de hiis^{ff)}, quibus a lapsu multiplici reparatum est genus humanum, scilicet^{gg)} de numero et materia omnium scientiarum^{hh)}, de proprietatibus singularum virtutumⁱⁱ⁾ agere^{kk)} voluimus^{ii.kk.108)}, quatinus in hunc modum totius mundi plenius continentiam omniumque

^{w)} folgt prima *D* ^{x)} fehlt *D* ^{y)} informis *N*₁ ^{z-z)} sex dierum operum *D*₁ ^{aa)} naturaribus *N*₁*N*₂; fehlt *D* ^{bb-bb)} precipueque de humane nature primaria constitutione et eiusdem per peccatum destitutione, que quidem ultimo loco post cetera videlicet sexta die condita est, quia omnium rerum finis ac summa est, in qua nimirum creature sive nature totius videlicet corporalis et spiritualis universitas adunatur; unde et pars illa Speculum Naturale congrue nuncupatur.

In hac secunda parte simili modo de eiusdem nature destitute plenaria restitutione scribere breviter — ut possumus — affectamus, quatinus (quatenus *D*₂*D*₃) in hunc modum totius rei summam sub quodam compendio memoriter teneamus (teneamus memoriter *D*₂*D*₃). Et quoniam hec ipsa restitutio sive restauratio per doctrinam efficitur atque perficitur, ista quoque pars Speculum Doctrinale non immerito vocabitur. Doctrinæ namque cuncta procul dubio subiacent, que vel ad tuendam vel ad recuperandam spirituales vel temporalem salutem hominis pertinent, sicut plenius infra docebitur. Hic ergo de doctrinis et artibus in hunc modum agitur, primo quidem de omnibus in universali videlicet de inventione et (ac *D*₂*D*₃) origine ac speciebus earum et de modo studendi vel addiscendi, postea vero de singulis in particulari, et inter has primum quidem de trivialibus sive de sermonicalibus, quia sine hiis cetera non traduntur aut communicantur; sed per istas de illis congrue veraciter et honeste disseritur. Deinde vero de practicis, quia per eas purgatis mentium oculis ad theoricam (theoriam *D*₂*D*₃) ascenditur, postea quoque de mechanicis, quoniam et ipse, cum in operatione consistant, velut affinitate quadam practicis coniunguntur, ad ultimum autem de theoricis (horicis *D*₃), eo quod in eis omnium finis a sapientibus constituitur. Et quoniam — ut ait Ieronimus — sciri non poterit vis *antidoti*¹⁰⁷⁾, nisi *veneni* quoque *primo* vis intelligatur, predictæ generis humani reparationi, ut dictum est, doctrinali, que in hoc libro declaratur, de corruptione quidem et miseria multiplici, qua peccati sui merito divinitus inflata in hoc etiam erumpno exilio assidue laborat, tanquam ex superiori parte, brevis epilogus premititur *D* ^{ee)} Dehinc *H* ^{dd-d)} cui etiam Naturali Historie tractatus breves adiecimus de statu hominis primi, de lapsu eiusdem ac pena multiplici, de peccato in genere et multipharia peccati divisione, de *R* ^{ee-ee)} fehlt *R* ^{ff)} aliis *N*₃; folgt etiam *R* ^{gg)} id est *R* ^{hh)} folgt vel *H*₂ ⁱⁱ⁻ⁱⁱ⁾ proprietatum, de institutione omnium sacramentorum *R* ^{kk-kk)} fehlt *H*

¹⁰⁷⁾ Vgl. Apologia in libros Rufini II, 34.

¹⁰⁸⁾ Das *agere voluimus* könnte besagen, daß Vincenz dies gewollt, aber noch nicht vollbracht hat, als er Speculum Naturale und Speculum Historiale vollendete; man hätte sonst wohl *egimus* erwarten dürfen.